circa 15 7bris 1529 = 247 Nro xx. 69
a ~~1522~~ ad ~~1531~~ = ~~251~~ ... 174



143

Petrus Tomicki, Gizæ canonico Varmiensi.

Venerabilis domine frater in Christo charissime. Albertus Kijowski regiæ et nostræ cancellariæ scriba, in ista provincia nobilibus parentibus natus, de nobisque bene semper meritus, quæsivit partim opera nostra, partim maiestatis regiæ commendatione ius seu privilegium summi pontificis, quam nunc gratiam reservatoriam vocant, assequendi quamcunque dignitatem, vel canonicatum sive præbendam in ecclesia Varmiensi. Is cum non dubitaverit isthic sub absentia sua, istius spei et expectationis suæ quæsitæ curam custodiamque vobis committere; rogamus vos plurimum ut eius rei suæ curam suscipiatis, sitisque ei favens et amicus curator in omnibus, quæ sibi opus sunt futura, in quo nobis rem gratam facietis, et illum vobis devincietis plurimum. Bene valeatis sitisque felix. Datum